il lui restait encore à raconter plusieurs choses : Mercure voulait en effet en dire plus, comme le discours de Pan et la transformation de Syrinx, mais il vit qu'Argus était profondément endormi et arrêta son histoire. Mercure commença à dire : *Pan voit cette fille, et il va dire comment*, et alors qu'il disait cela, Mercure se tut. Ovide, de son côté, nous donne la suite que Mercure allait dire si Argus n'avait pas succombé au sommeil si vite, et il dit *il lui restait encore* etc.

701. AUX PRIÈRES de Pan ; INSENSIBLE elle.

702. Elle avait fui, dis-je JUSQU'À CE QUE ; DU LADON, le fleuve, son père.

703. ÉTAIT ARRIVÉE Syrinx ; LÀ à cet endroit ; ELLE Syrinx ; sa COURSE ; PAR LES ONDES du fleuve Ladon.

<les ondes faisant obstacle> parce qu'elle ne pouvait pas passer.

Et restabat Mercurio referre *illam orasse*.

704. LIQVIDAS propter aquas ; SORORES suas, nimphas scilicet.

705. SIBI a se ; SIRINGA nimpham.

Et restabat referre *Pana tenuisse*.

706. CORPORE PRO loco corporis ; NIMPHE illius ; TENVISSE uel *tetigisse*³⁴⁶ ; PALVSTRES in paludibus crescentes.

707. IBI in calamis ; SVSPIRAT Pan.

suspirat de amissione uirginis. Vel *suspirat* id est spiritum suum emittit.

Et restabat Mercurio referre *uentos motos*.

708. TENVEM paruum uel subtilem ; QVERENTI conquerenti.

709. DEVM Pana.

Et restabat referre *deum captum*.

710. HOC o Sirins ; DIXISSE et restabat Pana.

consilium id est hoc secretum : nam consilia secreto capiuntur. Vel *hoc consilium* id est hec consolacio, quia qui consulit alicui illum consolatur.

711. ITA ut est consuetudo ; DISPARIBVS dispariter ordinatis.

atque ita disparibus posset enim dici, *atque* pro et, *calamis ita iunctis inter se compagine cere* scilicet illos calamos, et accipitur calamos a calamis, *tenuisse nomen puelle* restabat referre³⁴⁷.

Prius ergo³⁴⁸ ordinetur calamos quam calamis, et tunc bene legetur sic : et restabat referre calamos *tenuisse nomen puelle*. Et quia calami non retinent nomen puelle nisi iungantur simul, ideo additur ad intelligendum hec *disparibus calamis iunctis inter se compagine cere*. 'Sirins' enim grece idem est quod fistula latine. Et sic ablatiui sunt *disparibus calamis iunctis* et absoluti. Vel *restabat referre nomen* ipsius puelle *tenuisse* id est adhesisse *illis calamis* etc. et sic datiui.

712. TENVISSE fistulam.

nomen id est memoriam, quia per calamos ita iunctos habetur memoria de Siringe. Vel quia dum Pan tenebat fistulam, puellam ad memoriam reducebat. Vel *nomen* id est noticiam.

Mutacio ista interuenit ex³⁴⁹ casu que sic exponenda est allegorice. Pan ipse est scientia, quod sonat nominis expositio : 'pan' enim interpretatur totum, scientia quidem dominatur totis rebus. Pan amat Siringa,

346 uel tetigisse] S W, in ras. V.

347 S W, in ras. V.

348 ergo] S W, in ras. V.

349 ex] S W, in ras. V.

Il restait alors à Mercure à raconter qu'elle avait supplié.

704. LIQUIDES à cause de l'eau ; ses SŒURS, à savoir des nymphes.

705. SYRINX cette nymphe.

Et il lui restait à raconter que *Pan avait tenu*...

706. DE LA NYMPHE de cette nymphe ; DE MARAIS qui poussent dans les marais.

707. LÀ-BAS parmi les tuyaux ; Pan SOUPIRE.

il soupire pour la perte de la vierge. Ou bien *il soupire* c'est-à-dire il exhale son souffle.

Et il restait à Mercure à raconter que *l'air agité*.

708. LÉGER petit et subtil.

709. LE DIEU Pan.

Et il lui restait à raconter que *le dieu touché*...

710. CELA ô Syrinx ; et il lui restait à raconter que Pan AVAIT DIT.

consilium (résolution) dans le sens de 'ce secret', car les résolutions sont décidées en secret. Ou *hoc consilium* dans le sens de 'cette consolation', car celui qui se préoccupe ('consultit') pour quelqu'un le console.

711. AINSI comme le veut l'habitude ; INÉGALE placée en un ordre inégal.

et c'est ainsi qu'en rapprochant des tuyaux de longueur inégale, pourrait-on dire, *atque* pour *et*, joints avec de la cire entre eux, c'est-à-dire ces tuyaux, et on peut comprendre 'tuyaux' parce qu'il les a cités plus hauts à l'ablatif ; *il garda le nom de la fille* : ceci lui restait à raconter.

Il faut donc plutôt mettre 'calamos' (tuyaux) que 'calamis' pour qu'on puisse lire comme il faut : et il restait à raconter que les tuyaux avaient gardé le nom de la fille. Mais puisque les tuyaux ne gardent pas le nom de la fille sans être joints entre eux, l'auteur doit ajouter pour qu'on comprenne : *des tuyaux de longueur inégale, joints avec de la cire*. Car le grec 'sirins' signifie 'fistula' (roseau, flûte) en latin. Et donc *disparibus calamis iunctis* est un ablatif absolu. Ou bien *il restait à raconter que le nom se tint à ces tuyaux* etc., et ainsi c'est au datif.

712. GARDA la flûte.

son nom c'est-à-dire le souvenir, puisqu'à travers ces tuyaux joints ensemble on conserve le souvenir de Syrinx. Ou parce que quand Pan tenait la flûte, le souvenir de la jeune fille lui revenait. Ou *nom* c'est-à-dire connaissance.

Cette transformation est de circonstance et peut être expliquée allégoriquement. Pan lui-même est la connaissance, ce que son nom exprime, car 'pan' veut dire tout, et la connaissance règne sur toutes les choses. Pan

id est studium, quod primum fuit debile, unde fingitur Sirins mutata esse in arundinem que adeo debilis est, quod ad uenti flatum inclinat se. Tandem mutatur in fistulam que compaginatur septem calamis, per quod datur intelligi quod crescente scientia studii diligentia mediante adiuuente sunt septem liberales artes. Vnde fingitur quod Pan³⁵⁰ sibi retinuit fistulam que nomen puelle tenuit. Puella dicitur a puritate, per quod datur intelligi quod comitatur puritas rerum scientiam optinentes. Vnde in libro *Fastorum* : « Felices anime quibus hoc cognoscere uerum | inque domos superas scandere cura fuit. | Credibile est illos pariter uiciisque locisque³⁵¹ | alcius humanis exeruisse caput. | Nec Venus et uinum sublimia pectora fregit | officiumque fori milicieque labor ». Hoc uiso uidetur probabiliter esse moralis ista mutacio. *talia dicturus* etc.

713. TALIA que ego suppleui ; CILLENIVS Mercurius.

Prosequitur actor quod inceperat de mutatione Yo, scilicet de boue in deam, quia iam dixerat quomodo mutata est in uaccam, *talia*.

talia que actor narrauit.

Cillenius a Cilleno monte ubi natus fuit. Vel a cilleo, -les quod est moueo, -ues, quia mobilis est planeta.

714. SVCCVBISSSE sompno uel soporatos esse ; OCVLOS Argi ; ADOPERTA tecta ; SOMPNO propter sompni instanciam.

715. SVBPRIMIT Mercurius, id est tacuit ; VOCEM fistule uel suam³⁵² ; FIRMAT cum caduceo ; SOPOREM Argi.

716. LANGUIDA propter sompnum ; PERMVLCENS Mercurius dico ; MEDICATA medicinam habenti ; LVMINA Argi ; VIRGA caduceo.

uirga id est sapientia, quia sapientia permulcet et facundia.

Simile dicit Stacius : « It tamen et medica firmat uestigia uirga ».

717. NEC MORA fuit ; NVTANTEM Argum titubantem uel sompnolentum ; ENSE suo, harpe scilicet.

falcato : ad modum falcis curuato.

718. QVA in illa parte ; CONFINE coniunctum ; SAXO ad³⁵³ saxum ; CRVENTVM id es cruentatum, caput scilicet.

350 pan] S, ipsa V, om. W.

351 locis] S, iocis ut uid. V W.

352 fistule uel suam] S W, in ras. V.

353 ad] S W, in ras. V.

aime Syrinx, c'est-à-dire l'étude, qui fut faible au début ; c'est pourquoi il est dit de Syrinx qu'elle fut transformée en un roseau, qui est si faible que le souffle du vent le fait pencher. Enfin, elle fut transformée en flûte, qui est assemblée de sept tuyaux, ce qui porte à comprendre que, vu que la connaissance augmente avec le zèle de l'étude, les sept arts libéraux sont découverts. Par conséquent, on imagine que Pan conserva la flûte pour lui, puisqu'elle portait ainsi le nom de la jeune fille. 'Puella' (jeune fille) est dérivé de 'puritas' (pureté), par quoi on comprend que la pureté accompagne ceux qui possèdent la connaissance des choses. Voir dans les *Fastes* : « Oh, âmes heureuses, qui crurent les premières connaître les choses et escalader les palais des cieux. Il faut croire qu'ils levèrent leurs têtes au-dessus des faiblesses et des maisons des hommes. Ni amour, ni vin ne brisèrent leurs nobles natures, ni les affaires civiles, ni les travaux de la guerre ». Et donc ainsi, cette transformation est vraisemblablement morale. *il allait raconter cette histoire etc.*

713. DE TELLES CHOSES que j'ai ajoutées ; LE CYLLÉNIEN Mercure.

L'auteur continue ce qu'il avait commencé à propos de la transformation d'Io, à savoir de génisse en déesse, parce qu'il avait déjà dit comment elle avait été transformée en génisse, *de telles choses etc.*

de telles choses que l'auteur raconta.

le Cyllénien du mont Cyllène où Mercure naquit. Ou bien de 'cilleo, -es' (mouvoir) qui veut dire 'bouger', parce que Mercure est une planète qui bouge.

714. AVAIENT CÉDÉ au sommeil, c'est-à-dire, étaient endormis ; LES YEUX d'Argus ; AU SOMMEIL parce qu'il commençait à dormir.

715. Mercure ARRÊTE il se tait ; LA VOIX de la flûte ou la sienne ; IL ASSURE avec sa baguette ; LE SOMMEIL d'Argus.

716. LANGUISSANTES à cause du sommeil ; IL CARESSE Mercure, dis-je ; LES YEUX d'Argus ; MÉDICINALE qui possède l'art de guérir ; BAGUETTE caducée.

la baguette c'est-à-dire la sagesse, parce que la sagesse et l'éloquence adoucissent.

Stace dit une chose similaire : « Il marche quand même et la baguette qui guérit affermit ses pas ».

717. Il n'y eut PAS DE RETARD ; S'INCLINANT Argus qui chancelle ou s'endort ; DE SON ÉPÉE la harpé évidemment.

recourbée comme une faux.

718. OÙ dans cette partie ; DE LA ROCHE sur la roche ; SANGLANTE c'est-à-dire ensanglantée, à savoir, la tête.

719. MACVLAT intingit ; PRERVPTAM arduam, excelsam.

«*rupem*» et dicitur locus ille Argiletum a leto Argi.

720. ARGE o ; IACES mortuus es ; LVMINA corporis ; LVMEN uitale.

Dicit actor ex parte sua compaciendo Argo *Arge iaces*. Vel sic : modo conuertit se actor ad Argum monstrans quod terrena potestas transitoria est et uis omnis.

lumen : claritas uite tue scilicet.

[f. 11r]

721.

Bene dicit *extinctum* quia anima, que est uite causa, est ignee nature.

«*nox*» id est mors tenebrosa et omnia ducens ad noctem et tenebras.

722. HOS oculos ; VOLVCRIIS pauonis ; SATVRNIA Iuno, Saturni filia.

723. CAVDAM pauonis.

stellantibus id est oculis lucentibus ad modum stellarum ; uel *stellis gemmantibus*³⁵⁴.

724. IRE sue.

Ita interfectus est Argus et *protinus* statim *exarsit* Iuno ex impaciencia ire.

«*nec distulit*» immo in presenti uoluit eum uindicare.

725. HORRIFERAM horrorem inferentem ; OCVLIS corporalibus ; ANIMO oculis mentalibus.

«*horriferam*» uel *horrificam* horrorem facientem.

«*Erynim*» Furiam infernalem, et dicitur ab 'eris' quod est lis et nascor -ceris.

726. PELICIS Yo ; ARGOLICE Grece ; STIMVLOS instigaciones ; CECOS occultos³⁵⁵.

pelicis : pelex dicitur a pellendo eo quod pellit maritam a lecto sui adulteri. Vel a pelle, quia sub eadem pelle teguntur illa et uxor sui adulteri. Vel a pelicio, -cis quod est subtrahere, -his.

«*stimulos*» id est furorem non apparentem. Vnde illud : « Ventilata oestro decoratam etc. ».

727. CONDIDIT abscondidit uel posuit³⁵⁶ ; PROFVGAM fugientem ; TERRVIT terrendo fugauit.

354 uel stellis gemmatibus] S W, in ras. V.

355 occultos] S W, om. V.

356 uel posuit] S W, in ras. V.

719.

«*la falaise*» et le lieu s'appelle Argiletus à cause de la mort d'Argus ('a leto Argi').

720. Ô ARGUS ; TU GIS tu es mort ; LVMINA (YEUX) de ton corps ; LVMEN (LUMIÈRE) de vie.

L'auteur, exprimant sa compassion pour Argus, dit *ô Argus, tu gis*. Ou bien ainsi : maintenant, l'auteur se tourne vers Argus en montrant que le pouvoir terrestre et toute puissance sont transitoires.

lumière à savoir la lumière de ta vie.

[f. 11r]

721.

Ovide parle bien en disant *éteint*, parce que l'âme, qui est à l'origine de la vie, a une nature de feu.

«*la nuit*» c'est-à-dire la mort, qui est obscure et conduit tout vers la nuit et l'obscurité.

722. CEUX-CI les yeux ; DE L'OISEAU le paon ; LA SATURNIENNE Junon, fille de Saturne.

723. LA QUEUE du paon.

étoilées c'est-à-dire d'yeux brillants comme des étoiles. Ou bien *d'étoiles comme des pierres précieuses*.

724. DE COLÈRE la sienne.

Ainsi Argus fut tué et *au même instant*, immédiatement, *elle s'est enflammée*, Junon à cause de l'impatience de sa colère.

«*elle ne différa pas*» au contraire, elle voulait le venger à l'instant.

725. HORRIBLE qui provoque l'horreur ; DEVANT LES YEUX corporels ; DANS L'ESPRIT dans les yeux de l'esprit.

«*horrifera*» (*horrible*) ou *horrificam* (*effrayante*) qui commet l'horreur.

«*Érinys*» la Furie des enfers, et on l'appelle ainsi du grec 'eris', qui signifie conflit, et 'nascor' (naître).

726. DE LA MAÎTRESSE Io ; L'ARGIENNE grecque.

pelicis (*de la maîtresse*) : 'pelex' (maîtresse) dérive de 'pello' (chasser), parce qu'elle chasse l'épouse du lit du mari adultère. Ou de 'pellis' (peau, tente), parce que la maîtresse et l'épouse de l'homme adultère couchent sous la même tente. Ou de 'pelicio' (séduire) qui signifie soustraire.

«*aiguillon*» c'est-à-dire une fureur cachée. D'où le vers : « Elle poursuit avec un aiguillon celle qui est décorée ».

727. TERRIFIA la mit en fuite en l'effrayant.

terrui : dum sic uagam Yo ostendit³⁵⁷, Ouidius tamquam bonus poeta proprietatem materie obseruando doctorem artis Horacium sequitur, qui sic fieri docet in *Poetria* : « Sit Medea ferox inuictaque, flebilis Yno, | perfidus Yxion, Yo uaga, tristes Horestes ».

728. IMMENSO magno ; NYLE o fluui.

Ita Yo laborauit per totum mundum currendo et ad ultimum uenit ad Nilum fluuium ubi fuit deificata et hoc est *ultimus* etc.

729. QVEM Nilum ; SIMVL AC postquam ; TETIGIT Yo ; RIPE Nili.

730. GENIBVS suis ; ARDVA alta ; COLLO suo.

731. POTVIT TOLLERE eleuare³⁵⁸.

<quos> uel *quod potuit* facere scilicet.

732. ET uel *cum* ; GEMITV gemendo ; LACRIMIS lacrimando ; MVLTI-SONO multis modis sonante, uel *luctisono* id est luctuose sonante, et est uersus spondaicus.

733. CVM IOVE id est de Ioue ; QVERI conqueri ; -QVE et est uisa ; ORARE deprecari ; MALORVM suorum.

<*cum Ioue*> hic assignatur protheseos paralange, quoniam ibi prepositio ponitur pro alia prepositione.

queri : conquerendo loqui.

734. CONIVGIS Iunonis ; ILLE Iupiter ; LACERTIS suis.

735. ROGAT illam.

tandem : ad ultimum, post tantam fatigacionem.

<*in futurum*> in tempore futuro ne timeas, quia de cetero non habebō rem cum ipsa, unde : depone timorem de futuro choitu.

736. PONE depone, o Iuno.

Hic uersus glosat precedentem³⁵⁹.

737. HOC promissionem talem.

iubet : iurauit Iupiter per Stigem se illam de cetero non tacturum, quam non audebant superi periurare, quia qui periurabat per annum et tres dies non gustabat de nectare diuino.

Quia sicut alibi dicitur : « Timor et deus ille deorum est ».

738. VT postquam ; LENITA precibus Iouis ; DEA Iuno ; ILLA Yo ; PRIORES humanos.

739. QVOD ANTE FVIT scilicet femina ; CORPORE suo ; SETE pili.

357 ostendit] *in ras.* V², subibit S W.

358 POTVIT TOLLERE eleuare] V, POTVIT tollere TOLLENS eleuans S W.

359 S W, *in ras.* V.

terrifia : Ovide, en présentant Io comme vagabonde, en bon poète observe la propriété de son sujet et suit les préceptes d'Horace, le précepteur de l'art, qui enseigne ainsi dans sa *Poétique* : « Que Médée soit terrible et invincible, Ino éplorée, Ixion traître, Io vagabonde et Oreste triste ».

728. Ô NIL le fleuve.

Ainsi Io peinait à courir par le monde entier, et elle parvint finalement au fleuve du Nil où elle fut déifiée, et c'est *finalement* etc.

729. LEQUEL le Nil ; A ATTEINT Io ; LE RIVAGE du Nil ;

730. À ses GENOUX ; son COU.

731.

<quos> (*lesquels*) ou bien *quod* (*ce que*) elle put faire, évidemment.

732. PAR UN GÉMISSEMENT en gémissant ; PAR SES LARMES en pleurant ; MVLTI³SONO qui sonne de plusieurs façons, ou bien *luctisono* qui sonne d'un ton lugubre, et ce vers est un spondée.

733. AVEC JUPITER c'est-à-dire à propos de Jupiter ; ET elle semblait ; DE ses MAUX.

avec Jupiter : il y a une 'protheseos paralange', parce qu'ici on a une préposition à la place d'une autre préposition.

se lamenter : elle parlait en se lamentant.

734. DE SON ÉPOUSE Junon ; IL Jupiter ; DE ses BRAS.

735. IL la PRIE.

à la fin, finalement après tant de lassitude.

<à l'avenir> à l'avenir tu n'auras plus peur, parce que je ne coucherai plus avec elle, d'où : mets de côté ta peur d'une union future.

736. METS de côté, ô Junon.

Ce vers glose le précédent.

737. CECI une telle promesse.

il ordonne : Jupiter jure sur le Styx qu'il ne la touchera plus, et les dieux n'osaient pas jurer faussement sur le Styx parce que celui qui jurait faussement ne pouvait pas boire de nectar divin pendant un an et trois jours.

Parce qu'il est écrit ailleurs : « Ce dieu que redoutent les dieux eux-mêmes ».

738. APAISÉE par les prières de Jupiter ; LA DÉESSE Junon ; ELLE Io ; LES PREMIERS humains.

739. CE QU'ELLE ÉTAIT AUPARAVANT une femme ; son CORPS ; LE PELAGE les poils.

740. DECRESCVNT diminuuntur ; ARCIOR strictior et breuior ; ORBIS rotunditas.

<decrescunt> de- priuatiue ponitur.

741. CONTRAHITVR abreuiatur ; MANVS humane.

rictus dicit quia quod os est in homine rictus dicitur in bruto animali.

redeunt humeri quia prius habebat armos. Est autem armus in bruto, humerus in homine.

742. ASVMITVR recipitur.

<asumitur> uel *absumitur*, id est diuiditur. Vel *consumitur*³⁶⁰.

in quinos unguis : tantum enim materie est in duabus unguibus boum quod inde possunt fieri quinque unguis hominum.

<ungues> uersus : « Vngues sunt hominum etc. ».

743. DE BOVE de forma bouis ; FORME bouis ; CANDOR albedo uel pulcritudo³⁶¹.

744. NIMPHE nimphes, uel *nimpha*.

745. ERIGITVR erecta agitur ; METVIT primo ; MORE ad modum.

<erigitur> supra duos pedes eleuatur.

746.

*retentat*³⁶² id est retinet sine 'p' quod formatur a supino retentu, 'u' mutata in 'o', fit retento. Retinebat enim *uerba sua intermissa timide* : intermittebat uerba pro timore. Vel *retemptat*, iterum et iterum temptat, *timide* quia timebat mugire utpote nondum segura.

747. NYLIGENA uel *lanigera*.

*Niligena*³⁶³ quasi iuxta Nilum genita de boue in deam. Lucanus : « Nos in templa tuam Romana recepimus Ysin ». Infra in hoc libro : « Ysi, Pharetonium Mareticaque arua Pharonque | que colis et septem digestum in cornua Nilum ».

nunc dea existens, quia humanitate deposita in Nylo purgata facta est dea apud Egiptum et dicta est Ysis. *lanigera* dicit quia sacerdotes Ysidis lane flosculum in signum sacerdocii in capitibus deferebant. Vel *linigera* propter lineum filum quod deferebant sui sacerdotes in signum sacerdocii, uel quia maritus eius Osyris scilicet usum lini dicitur inuenisse.

360 uel consumitur] S W, *in ras.* V.

361 uel pulcritudo] S W, *in ras.* V.

362 retentat] S W, *retemptat* V.

363 niligena] V, uel niligena S W.

740.

décroissent : le préfixe 'de-' est employé de façon négative.

741. SES MAINS humaines.

sa gueule : il dit cela parce que ce qu'on dit 'bouche' chez un être humain, on dit 'gueule' chez un animal sauvage.

ses épaules reparaisent parce qu'avant elle avait des flancs. Chez un animal sauvage on dit 'flancs', chez l'homme 'épaule'.

742.

en cinq ongles : il y a assez de matière dans les deux onglons d'une vache pour qu'on puisse faire cinq ongles d'homme.

«*ongles*» d'où les vers : « Les ongles sont le propre de l'homme etc. ».

743. DE LA VACHE de la forme d'une vache ; À LA FORME de la vache ; L'ÉCLAT la blancheur ou la beauté.

744. NIMPHE (nomin.), -es, ou bien *nimpha*.

745. ELLE A PEUR d'abord ; À LA FAÇON comme.

«*se redresse*» se dresse sur ses deux pieds.

746.

elle retient : du verbe 'retentō' (retenir) sans *p* ; il est formé à partir du supin 'retentū' avec un 'o' à la place d'un 'u' et devient 'retentō'. Car elle retient *les mots qu'elle a timidement suspendus*, elle suspendait ses mots par peur. Ou lire *retemptat* (*elle essaie*), c'est-à-dire : elle essaie encore et encore *timidement*, parce qu'elle craignait de mugir, comme si elle n'était pas encore hors de danger.

747. NÉE DU NIL ou bien *vêtue de laine*.

née du Nil presque 'née près du Nil' de vache en déesse. Lucaïn : « Nous t'avons reçue, Isis, dans nos temples romains ». Et plus loin dans ce livre : « Isis, toi qui chéris Parétonium, les champs Maréotiques, Pharos et le Nil divisé en sept branches ».

une déesse maintenant, parce qu'elle laissa de côté sa nature humaine, après avoir été purifiée dans le Nil, et devint une déesse qu'on nomme Isis en Égypte. L'auteur dit *vêtue de laine* parce que les prêtres d'Isis portaient sur leur tête un flocon en laine comme symbole de leur fonction de prêtre. Ou *vêtue de lin* à cause du filet de lin que ses prêtresses portaient comme symbole de leur fonction, ou parce qu'on disait que son mari Osiris avait inventé l'usage du lin.

Naturalis est ista mutacio quod uidetur probabiliter per allegoricam expositionem que talis est. Per Iouem enim qui amat Yo uirginem Deum omnium mundanorum intelligimus, qui et Iupiter dicitur id est ignis superior qui omnibus celsior omnia amplectitur. Yo solam ad latebras inuitauit nemorum, quia sic animam disposuit in amixtione ipsius cum corpore ut ibidem lateat. Iuno, que coniunx dicitur Iouis, quoniam ab eo calorem recipit et ei subditur, est etiam soror, quia ex eadem constat materia. Vnde et aer dicitur per quem habemus humorem. Postulat a Ioue Yo mutatam ab eo in uaccam, id est animam corpori ligatam sicut uaccam iugo, uel quia coniuncta corpori terenitate depressa fit tarda ut uacca que prius erat leuis ratione celestium unde habet originem, unde Yo uere fugisse fingitur. Dat Yo Iunoni Iupiter quod ideo fingitur quoniam calore, quem habemus per Iouem, et humore, quem habemus per Iunonem, puer concipitur, formatur, editur, alitur et sic dea partus dicitur Iuno, quasi iuuans nouos, unde et Lucina quasi lux natorum. Tandem Iuno tradit Yo Argo ad custodiendum. Argus centum habens oculos mundum significat multis plenum fallaciis et erumpnis quibus post natiuitatem dum est in corpore afficitur anima. Tandem miseratus Iupiter, le<ni>ta Iunone, Argo interfecto, per Mercurium liberatur Yo et facta est dea per quod intelligitur quod anima terrenis subdita, dum bonis intenta sit operibus, quod significatur ubi dictum est *quos potuit solos* etc. post resolutionem ipsius a corpore suo redditur creatori. Iuncta suis templa tenet Epaphus quod ideo fingitur quia Deo placent bona opera que per Epaphum designantur, qui ab 'epi' quod est supra et 'phos' quod est lux dicitur, et hec sunt bona opera de quibus ait Dominus : « Luceat lux uestra coram hominibus ». Sic est spiritualis hec mutacio dupliciter per contexionem scilicet elementorum que conueniunt mediante semine in conceptionem et per retexionem sine semine in resolutionem corporis et anime. Versus de Argo : « Argus ab arguto fertur qui plenus ocellis

Cette transformation est naturelle, ce qui peut vraisemblablement être interprété de façon allégorique, comme suit. Par Jupiter qui aime la vierge Io, nous comprenons le dieu de toutes les choses terrestres, appelé Jupiter, à savoir le feu supérieur qui, plus élevé que toutes les autres choses, embrasse tout. Il invita Io dans les bois obscurs, parce qu'ainsi l'âme se joint au corps et reste cachée là. Junon, qu'on dit être l'épouse de Jupiter, parce qu'elle a reçu de lui la chaleur et qu'elle est son sujet, est aussi sa sœur, parce qu'elle provient de la même matière. On dit aussi, donc, qu'elle est l'air à partir duquel on obtient l'humidité. Elle réclame à Jupiter Io, qu'il a transformée en vache, c'est-à-dire l'âme attachée au corps, tout comme une vache est attachée au joug ; ou, parce qu'une fois que l'âme est enchaînée au corps et lestée par sa corporalité, elle devient lourde comme une vache, elle qui fut légère auparavant par la raison céleste, dont l'âme provient. C'est pourquoi on considère que Io s'enfuit vraiment. On dit que Jupiter donna Io à Junon, parce que de la chaleur, représentée par Jupiter, et de l'humidité, représentée par Junon, l'enfant est conçu, formé, né et nourri, et c'est ainsi qu'on dit que Junon est la déesse de l'enfantement, dont le nom est pour ainsi dire 'iuuans nouos' (assistant les nouveaux nés). On l'appelle aussi Lucine, comme 'lux natorum' (la lumière des nourrissons). À la fin, Junon confia Io à Argus pour qu'il la surveille. Argus aux cent yeux signifie le monde plein de trahison et de tourments qui accablent l'âme après la naissance, alors qu'elle est dans le corps. Enfin, après l'apaisement de Junon, Jupiter pris de pitié fit tuer Argus et libérer Io par Mercure, et elle devint une déesse ; par cela nous comprenons que l'âme subjuguée par les tâches terrestres, appliquée aux bonnes œuvres – ce qui apparaît dans l'expression *ce qu'elle pouvait faire* etc. – une fois libérée du corps rejoint son Créateur. On dit qu'Épaphus partage des temples avec elle, parce qu'à Dieu plaisent les bonnes œuvres, lesquelles sont désignées par Épaphus, qui tire son nom de 'epi', qui signifie au-dessus, et 'phos', qui signifie lumière, et ce sont les bonnes œuvres dont parle le Seigneur : « Ainsi votre lumière doit-elle briller devant les hommes ». Ainsi, cette transformation est spirituelle en deux sens : par l'union des éléments qui se joignent par l'intermédiaire de la semence pour la conception, et par la dissociation sans semence pour la séparation de l'âme et du corps. Vers à propos d'Argus : « Argus dont le nom vient de 'argutus' (pénétrant), est couvert d'yeux, devant et derrière ; il possède une grande

| ante retro, plena calliditate sapit. | Cauda pauonis tandem pinguntur ocelli | quando diuicias aspicit Argus homo ».

Ita in formam pristinam mutata fuit Yo cum qua Iupiter concubuit, *hinc Epaphus* etc.

748. TVNC uel *hinc* id est ex hac.

749. IUNCTA PARENTI uicina Ioui uel ad honorem sui patris facta.

iuncta : nam habebat templa iuncta templis patris et matris sue in quibus colebatur. Vel *iuncta* id est constructa uel edificata ad honorem sui patris. Vel colebatur cum parente in eodem templo³⁶⁴.

750. ANIMIS id est audacia ; ANNIS aetate.

«*fuit huic*» prelibacio est prime mutacionis sequentis libri sicut ante octauum librum de Acheloo dicit : « Quid moror externis ? ». Set ibi est prelibacio uera, hic non uera, set est apparicio uel comparatio³⁶⁵ et hoc est *fuit*.

751. SOLE Phebo ; QVEM Phetonem ; MAGNA superba uerba.

«*loquentem*» quia forte illi conuiciabatur.

752. CEDENTEM locum dantem ; PARENTE suo.

«*superbum*» solent enim quidam superbire nobilitate generis, quod innuit Ouidius ubi loquitur Helena ad Paridem : « Hic qui tibi gloria magna est | quintus is a nostro sanguine primus erit ».

753. TVLIT passus fuit ; YNACHIDES Epaphus, nepos Ynachi ; MATRI tue ; OMNIA per ; DEMENS o.

«*demens*» deorsum a mente posite, in hoc uidelicet quod tu credis te esse filium Phebi.

754. TVMIDVS superbus ; YMAGINE simulacione et ueritate³⁶⁶.

falsi genitoris : hoc enim quasi ymago est quod dicit mater tua te esse filium Phebi, quia in rei ueritate pater tuus non est, set eum tibi falso mater tua asseruit.

755. ERVBVIT ex pudore rubuit.

His dictis ab Epapho *Pheton erubuit*.

«*iramque pudore repressit*» quia non ausus fuit iram suam demonstrare pre pudore quem habuit.

756. TVLIT dixit³⁶⁷ ; EPAPHI ab Epapho ; CONVICIA sibi dicta ; MATREM suam.

364 et matris sue] S W, *in ras.* V. ◊ uel edificata] S W, edificata V (uel *in ras.*) ◊ uel colebatur... templo] S W, *in ras.* V.

365 comparatio] S W, *in ras.* V.

366 et ueritate] S W, *in ras.* V.

367 dixit] S W, *in ras.* V.

connaissance et acuité. Ses yeux sont finalement peints sur la queue du paon quand l'homme Argus regarde les richesses ».

Ainsi Io, avec laquelle Jupiter avait couché, reprit son ancienne forme, et d'où *Épaphus* etc.

748. TVNC (DÉSORMAIS) ou bien *binc*, c'est-à-dire de là.

749. JOINT À SON PARENT près de Jupiter, ou bien bâti en l'honneur de son parent.

joint : car on le vénérât dans des temples près de ceux de son père et de sa mère. Ou *joint* c'est-à-dire bâti et construit en l'honneur de son père. Ou on les vénérât lui et son père dans le même temple.

750. EN ANNÉES âge.

«*il fut (égal) à celui-ci*» ce passage anticipe la première métamorphose du livre suivant, comme l'auteur dit à propos d'Achéloüs, avant le huitième livre : « Mais pourquoi m'arrêter si longtemps à des exemples qui me sont étrangers ? ». Mais là, l'annonce est vraie ; ici, elle ne l'est pas, elle est seulement une apparition ou une comparaison, et c'est le passage *il fut* etc.

751. DU SOLEIL de Phébus ; LEQUEL Phaéton ; GRANDES CHOSES mots plein de fierté.

«*parlant*» parce que par hasard il le réprimandait.

752. CÉDANT lui laissant la place ; son PÈRE.

fier : certains s'enorgueillissent de la noblesse de leur naissance, ce qu'Ovide insinue lorsqu'Hélène parle à Pâris : « Mais celui dont tu es si fier, pour toi c'est le cinquième, tandis qu'il sera le premier à partir de mon nom ».

753. L'INACHIDE Épaphus, le petit-fils d'Inachus ; à ta MÈRE ; ô INSENSÉ.

«*insensé*» hors de sens, parce que tu crois que tu es le fils de Phébus.

754. PAR L'IMAGE faux-semblant et vérité.

d'un faux père : c'était presque une image que ta mère dise que tu es le fils de Phébus, parce qu'en réalité il n'est pas ton père mais ta mère te l'a faussement affirmé.

755. ROUGIT rougit de honte.

Après le discours d'Épaphus, *Phaéton rougit*.

«*la honte étouffa sa colère*» parce qu'il n'osa pas montrer sa rage en raison de la honte qu'il ressentit.

756. D'ÉPAPHUS par Épaphus ; INSULTES qu'on lui avait dites ; sa MÈRE.

757. QVO pro ut ; GENETRIX o ; AIT Pheton ; EN ecce ; EGO fui ; LIBER benignus.

en ego : dupliciter potest legi, uno modo sic : *en ego ille liber* id est bene et expedite loquens non habens pilum in ore *ferox* quondam *tacui*. Vel sic : *en ego* fui *liber* et nichil refellens *ille* fuit *ferox* et locutus est hec³⁶⁸ *tacui* dum Epaphus in me deferret conuicia.

758. ILLE fuit ; FEROX crudelis et impudens ; OPPROBRIA que nobis dixit.

[f. 11v]

759. DICI ab Epapho ; REFELLI id est contradici a me, uel *repelli* per contradictionem.

760. TV o mater ; MODO ad presens ; CELESTI STIRPE id est Phebo.

761. EDE dic michi ; NOTAM noticiam ; ASSERE id est affirma me esse natum de deo celesti.

Ita ego erubui quando conuiciatus fuit michi Epaphus et non potui contradicere, *at* pro set.

762. DIXIT ita Pheton ; IMPLICVIT ut melius impetraret.

<materno brachia collo> ypallage, uel collo datiui casus sit³⁶⁹.

763. MEROPIS patris sui putatiui ; SORORVM Eliadum.

Merops pater fuit Phetontis putatiuus maritus Climenes matris Phetontis.

suum : matris, uel per caput suum proprium³⁷⁰.

764. TRADERET ut ; ORAVIT matrem suam.

signa id est ostensiones quis esset eius pater uerus.

765. AMBIGVVM EST dubium est an CLIMENE sit ; PHETONTIS filii sui ; IRA propter iram.

Ita orabat matrem suam Climenem Pheton *ambiguum*.

766. DICTI ab Epapho.

767. SPECTANS illa ; LVMINA ad splendorem.

768. PER IVBAR per solem ; INSIGNE decorum et insignitum ; CORVSCIS coruscantibus.

<per iubar> id est per radios solis qui ad modum iube equi effunduntur.

769. NATE o ; QVI uel *quod* iubar.

<auditque uidetque> unde infra : « Per quem uidet omnia tellus ».

368 et locutus est hec] S W, *in ras.* V.

369 uel collo datiui casus sit] S W, *in ras.* V.

370 uel per caput suum proprium] S W, *in ras.* V.

757 Ô GÉNITRICE ; DIT Phaéton ; j'étais.

me voici : on peut le lire de deux façons. L'une est la suivante : *moi si franc* c'est-à-dire éloquent, moi qui n'ai pas un cheveu sur la langue, si *fougueux, je gardais le silence*. Ou ainsi : *moi* j'étais *franc* et ne réfutais rien ; il était *arrogant* et disait ces choses : *je ne disais rien* pendant qu'Épaphus m'insultait.

758. IL ÉTAIT ; FOUGUEUX cruel et impudent ; INSULTES qu'il nous dit.

[f. 11v]

759. ÊTRE PRONONCÉ par Épaphus ; ÊTRE RÉFUTÉ c'est-à-dire être contredit par moi ; ou *repoussé* par contradiction.

760. TOI ô mère ; ORIGINE CÉLESTE c'est-à-dire de Phébus.

761. DONNE-MOI dis-moi ; UNE PREUVE une connaissance tangible ; AFFIRME c'est-à-dire soutient que je suis né d'un dieu.

Je rougis donc quand Épaphus m'insulta, et je ne pouvais pas le contredire, *mais...*

762. IL DIT donc Phaéton ; ENLAÇA pour mieux arriver à ses fins.

<de ses bras le cou de sa mère> une hypallage, ou 'collo' (cou) est au datif.

763. DE MÉROPS son père putatif ; SES SŒURS les Héliades.

Mérops était le père putatif de Phaéton, le mari de Clymène, la mère de Phaéton.

sa (tête) : de sa mère, ou par sa propre tête.

764. IL SUPPLIA sa mère.

signes c'est-à-dire preuves manifestes pour savoir qui était son vrai père.

765. C'EST INCERTAIN on ne saurait dire si CLYMÈNE était ; DE PHAÉTON son fils ; PAR LA COLÈRE à cause de la colère.

Phaéton supplia ainsi sa mère Clymène, *c'est incertain*.

766. IMPUTÉE par Épaphus.

767. Elle FIXANT DES YEUX ; LA LUMIÈRE l'éclat.

768. PAR LA LUMIÈRE par le soleil ; SPLENDIDE orné et paré.

<per iubar> (*par la lumière*) c'est-à-dire par les rayons de soleil qui se répandent comme la crinière ('iuba') d'un cheval.

769. Ô MON FILS ; QUI ou lire *laquelle* lumière.

<entend et voit> voir plus bas : « Par qui la terre voit tout ».

770. HOC Sole ; TE esse natum ; HOC Sole ; TEMPERAT ORBEM temperiem dat mundo per calorem.

771. ILLE Sol.

Dico quod tu es filius Phebi, *si ficta* loquor id est si mentior.

772. LVX dies ; NOVISSIMA ultima.

<*nouissima*> quasi diceret hodie possim mori nisi istud sit uerum.

773. NOSSE nouisse ; PENATES domos.

Si tu dubitas de hoc, tu potes ire ad domum Solis patris tui et querere ab illo, *nec*.

774. VNDE a qua ; ORITVR Sol ; CONTERMINA uicina.

Vere non est magnus labor quia *domus*.

nostrae terre dicit quia Pheton erat rex orientalis.

775. FERT impellit te ; GRADERE uade ; SCITABERE inquires, scitaberis ; AB IPSO Phebo.

animus id est uoluntas tua. Voluntas enim fert hominem ad hoc quod ei placet³⁷¹.

<*scitabere ab ipso*> utrum sis filius eius necne, et sic omnis dubietas excludetur.

776. EXTIMPLO statim.

Ita dixit mater, *emicat* exultat.

777. CONCIPIT ETHERA id est ire per ethera ; MENTE sua.

ethera id est facultatem perueniendi ad celum, uel originem etheream per hoc quod dixit mater sua. Vel *concipit* cogitat per quam partem possit ire ad domum patris sui. Vel *concipit* id est cognoscit et cogitat se esse natum de celesti progenie, quia nisi esset mater sua non illud diceret. Vel *concipit mente* id est in animo suo illuminante ethera³⁷².

778. ETHIOPEOS populos sibi suppositos, uel sue patrie uicinos ; INDOS populos.

<*suos*> uel quia postea fecit eos nigros sicut in sequenti libro habebitur.

779. SIDEREIS solis ; PATRIOS patris ; IMPIGER uelox ; ORTVS orientem.

<*sidereis*> anthonomasice.

371 fert hominem] S W, est V. ◊ ei] S W, *in ras.* V.

372 S W, *in ras.* V.

770. DE LUI du Soleil ; TU es né ; DE LUI du Soleil ; RÉCHAUFFE LE MONDE donne de la chaleur à la terre par ses rayons.

771. IL le Soleil.

Je dis que tu es le fils de Phébus, *si (je dis) des choses fausses*, c'est-à-dire, si je mens.

772. LA LUMIÈRE le jour.

<dernière> comme si elle disait : que je meurs aujourd'hui si je mens.

773. LES PÉNATES la maison.

Si tu en doutes, tu peux aller à la demeure du Soleil, ton père, et lui demander, *non...*

774. Le Soleil SE LÈVE.

Cela ne demande pas même un grand effort, parce que *la demeure...* à notre pays : l'auteur dit cela parce que Phaéton était un roi de l'est.

775. PAR LUI-MÊME par Phébus.

animus (esprit) c'est-à-dire, ta volonté. Car la volonté incite l'homme à accomplir son désir.

<interroge-le lui-même> pour savoir si tu es son fils ou non, et ainsi tu n'auras plus aucun doute.

776.

Sa mère parlait ainsi et il *s'élançait*, il exulte.

777. CONÇOIT L'ÉTHER c'est-à-dire d'aller à travers les cieux ; AVEC SON ESPRIT.

l'éther c'est-à-dire la faculté d'atteindre le ciel ou son origine éthérée, exactement comme sa mère le disait. Ou *il conçoit*, il réfléchit à la route à prendre pour aller chez son père. Ou *il conçoit* c'est-à-dire il sait et pense qu'il est le fils d'un père céleste, parce que si ce n'était pas le cas, sa mère ne l'aurait pas dit. Ou *il conçoit avec son esprit* c'est-à-dire dans sa tête, qui illumine l'éther.

778. ÉTHIOPiens le peuple qui se trouve au-dessous de lui ou près de sa patrie ; INDIENS le peuple.

<ses> parce que plus tard il fera noircir leur peau, comme ce sera raconté dans le prochain livre.

779. DE L'ASTRE du soleil ; PATERNEL de son père ; LA NAISSANCE l'orient.

de l'astre : il parle par antonomase.